et damnum. Quis non passurus est orbitatem, aliquis casus inruet, aliqua calamitas deveniet

[illegible] formica piger. Collige cum potes, hiemem, colligere

[illegible] sed manducare quod collegeris; Cum multi enim in tribulatione [illegible] [illegible]

ut non sit vacatio neque legere aliquid, nec audire aliquid. nec forte admittuntur ad eos

qui eos consolentur, Remansit formica in caverna. Videat si collegit aliquid

aestate quo se alat hyeme, Sed modo quia benedicat nos id est qui benedictionem

·benedictionem

posuit, Haec vox ut benedicat nos deus. qua servat amicissimus. qua solis bonis dat, et per

magno appellat quod et mali accipiunt quibus bonum est deus. facit illa qui solem suum facit oriri

super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos, Quid ergo praecipue bonis. quid praeci

pue iustis. Inluminet vultum suum super nos, Solis huius vultum inluminat super bonos

tuum

et malos. vultum inluminans super nos, Vident istam lucem cum pecoribus et boni et mali,

Beati autem mundo corde quia ipsi deum videbunt, Inluminet vultum suum super nos, Certum

intellegendum est utique dicentis, Inlumina inquit vultum tuum super nos ostende nobis

vultum tuum, Non enim aliquando inluminat vultum suum deus. quasi aliquando fuerit sine

lumine. sed inlumina super nos. ut quod nos latebat aperiatur nobis, et quod erat

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 7, fol. [1]r – Augustinus Aurelius, <i>Enarrationes in Psalmos</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cje3/7097/57991)